



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

23. An Prælati, & Maagistratus teneantur corrigere peccata mortalia ex
justitia? Ex quo infertur, quod in confessione Prælatus, qui neglexit
salutem proximi sui, debet se accusare in specie, si fuit ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

RESOL. XXIII.

iustitiae abusus in singulis non sit nisi veniale peccatum. Ceterum Pralati Religionum, qui sunt custodes ceremoniarum religionis, tenentur contrarias consuetudines reprehendere, & abolerre, si possint. Quoniam ex huiusmodi consuetudinibus status religionis perturbatur, cum tamen debeat elli commodus ad perfectionem acquirendam. Hucusque Bañez, cui ego libertissime auctorero.

RESOL. XXII.

An Magistratus, & Pralati teneantur ad correctionem subditorum non solum lege charitatis, sed etiam iustitia?

Et haec circumstantia, quod Prałatus, vel Magistratus negligant supradictam correctionem, an mutet speciem, vel tantum intra eandem speciem notabiliter aggrauet, ita ut supradicti teneantur in confessione aperire munus suum Sacerdoti illud ignoranti?

Et an Magistratus, & Pralati in tali casu teneantur ad restitutionem tam stipendi illi parti correspondens, quam damni inde sequenti? Ex p. 5. tract. 14. & Misc. 2. Ref. 95.

Sup. hoc in §. 12. Afirmatiuam sententiam præter alios docet Coninch de charitate, disputat. 1. 28. num. 70. & Hurtadus de Mendoza in 2. tom. 2. disputat. 162. scilicet 4. §. 40. quia Magistratus facultates pecuniam accipiunt pro exercendo munere; Prałati vero stipendum, iurisdictionem & alia commoda temporalia. Hinc infert Hurtadus teneri Prałatos, & Magistratus aperire in confessione munus suum Sacerdoti illud ignoranti, quando in correctione peccarunt. Secundò infert Magistratus & Prałatos in tali casu teneri ad restitutionem tam stipendi illi parti munieris respondentis, quamdam inde sequenti, quia ipsi fuerunt moraliter causa illius damni, quia Reipublica debebant eas actiones quibus malum erat auerendum, & quemadmodum qui iniuste retinet meas pecunias, tenetur de damno emergente; ita qui iniuste retinet eas actiones, tenetur de damno emergente ex ea retentione, quo differunt Magistratus à priuatis. Hi enim non tenentur ex iustitia, & quamvis tenerentur, esset ex conceptu communii ipsius obiecti iustitia, non tamen ratione dati & accepti: omne autem malum ortum ex iustitia retentione accepti, tenetur resarcire, qui iniuste retinuit. Ita Hurtadus ubi supra.

2. Non desinam tamen hic adnotare Petrum Lorca in 2. 2. questione 33. articul. 5. scilicet 3. disputat. 42. num. 4. contrariam sententiam doceres, vbi sic ait. Quæritur an obligatio Prałatorum circa correctionem, quæ ex officio oritur, sit solius charitatis, an vero iustitia? Caiet, in comment. artic. 2. subtiliter & metaphysicè conatur reuocare ad iustitiam. Sed cum actus ipse non sit iustitia (correctione enim fraternali, qua talis est, a quocumque fiat, non est actus iustitiae, sed charitatis) non video quomodo ad iustitiam reuocari possit. Nam Prałatus debito sui munieris non solum tenetur exhibere subditis iustitiam, sed etiam charitatem. Ex quo sequitur circumstantiam hanc, quod si Prałatus sit, qui corripere neglit, non mutare speciem, videtur autem intra eandem speciem notabiliter aggrauare. Sic Lorca, quod est in tom. 1. idem docet de Magistratus facultatibus. Prima opinio est probabilior, secunda est probabilis. Vide me & hic inf. in ipsum p. 1. tract. 7. * resol. 57. Sed ego, ad medium,

* Quæ hic dem sententiam notabiliter aggrauare. Sic Lorca, quod est in tom. 1. idem docet de Magistratus facultatibus. Prima opinio est probabilior, secunda est probabilis. Vide me & hic inf. in ipsum p. 1. tract. 7. * resol. 57.

An Prałati, & Magistratus teneantur corrigit, & cata mortalia ex iustitia?

Ex quo infertur, quod in confessione Prałatu, quæ glexit salutem proximi, debet se accusare ut ipsi si fuit illi subactus, nisi aliam. Confessare id agnoscat.

Ei idem dicendum est de Patribus, Tutoribus, Domini respectu mancipijs, non tamen familiis & familiarium seruientis, nisi sit domesticus, & auctor. nalis? Ex p. 7. tr. 3. Ref. 9.

§. 1. A D hoc dubium variis assertionibus respondet Hurtadus de Mendoza de fide vol. 3. disp. 1. 6. 2. scilicet 4. §. 39. & seq. vbi sic ait: Dico Primo, qui non accipiunt publicum salarium pro luto officio, non tenentur ex iustitia; quia haec virtus obligata est, & accepta.

2. Dico secundò Magistratus & Prałatus, & omnes qui publicum stipendum, aut qualiter stipendium accipiunt, tenentur ex iustitia; ita vi non formaliter non faciendo correctionem peccant contra charitatem; sed etiam contra aliam virtutem specie distinctam. In hac conuentum omnes feri Doctores, quod attinet ad iustitiam: ita colligitor ex S. Augustino tom. 5. lib. 1. de cunctate, cap. 9. vbi ait, non esse parem obligationem ad corrigitandum errantem priuatum, atque Prałati. Ludovicus Vives in commentario id explicat: quia priuati tenent præceptum charitatis: Prałati vero in iustitia, ac reprobando, nonnullos peritos iuris, quod censerint hoc præceptum spectare ad solos Prałatos, quia non agnoscunt obligationem enasci, nisi ex iustitia. At Vives recte probat obligationem interduo in orbi a charitate. Bañez, q. 33. artic. 3. dub. 1. conclus. 2. Aug. verbi, Secundò est aduertendum, P. Valent. dicit, questione 10. punct. 3. vers. Porro hanc cum Dono, Soro, P. Suarez, disput. 8. scilicet 4. num. 4. & c. assertit obligationem iustitiae esse per se notam. P. Luisius, disput. 87. dub. 1. Licet enim censeat non esse hanc propriam iustitiam, admittit tamen cum esse iustitiam præstatuam ratione (scilicet), & pacatum esse in diversa specie, P. Agidius disput. 42. num. 70. estque doctrina certa, & communis, quam contra Lorcam probauit: quia Magistratus facultates pecuniam accipiunt pro exercendo munere, & alia commoda temporalia.

3. Dico tertio: Confessarij, qui non accipiunt publicum stipendum, non peccant contra iustitiam, quia non est inter illos, & penitentes datum & accipitrum pro correctione: at si in confessione cam omnian, quæ necessaria censetur prudenter; peccant contra religionem eos obligantem ad sacramenta dignè administranda.

4. Dico quarti: Concionatores, & alij, qui nec stipendum publicum accipiunt, nec administrant sacramenta, non obligantur nisi ex charitate ad correctionem fraternali, nec peccant contra duas virtutes, quia nec iustitia, neque religio, nec fidelitas impunit obligacionem.

5. Hinc infertur teneri Prałatos, & Magistratus aperire in Confessione munus suum facerent illud ignoranti, quando in correctione peccarunt.

6. Non deferam tamen hic adnotare, quod Lorca in 2. 2. D. Thoma, questione 33. articul. 5. dub. 1. docet obligationem Prałatorum, quod correcitonem non procedere ex debito iustitiae, sed enim afferit. Quaritur, An haec maior obligatio

De Correctione Fraterna. Ref. XXIV. 293

Prelatorū, quæ ex officio oritur, sit solus charitatis, an
verò iustitia. Caetanus in *Commentarij articulo 2.* subtiliter, & metaphysicè conatur reuocare ad iustitiam.
Sed cum actus ipse non sit iustitia (correctione enim
fraterna, qua talis est, & à quocumque sit, non est
actus iustitia, sed charitas) non video, quomodo
ad iustitiam reuocari possit; nam prælatus debito sui
muneri non solum tenetur exhibere subditis iusti-
tiam, sed etiam charitatem.

7. Ex quo sequitur circumstantiam hanc, quod
Prælatus sit, qui corrigere negligit, non mutare spe-
ciem. Videtur autem intra eandem speciem notabiliter
aggravans.

8. Sed queres, ad id intelligentem sit de solis
Prælatis Ecclesiæ, vel etiam de secularibus? Respon-
detur, ad seculares etiam extendit modo pro ratio-
ne lui officij; nempe cum Prælati secularis tempora-
litate præficiunt, & solum respiciant bonum politicum,
& ciuitatis Reipublicæ, non tenentur omnia peccata
corriger, sed ea solum, quæ paci & tranquillitati
Reipublicæ, & bono ordini politico aduersantur.
Hac loca.

9. Sed ego sententia Hertadi adhæreo, quam
præter illum tenuit Caetanus in 2. 2. quæst. 33. art.
2. dub. 4. Coninch. diff. 28. dub. 5. num. 68. & alii,
vbi infra. Suppono enim Prælatum ratione officij sui
non solum esse subditorum suorum Superiorum, ac-
quendis in eos aliquam iurisdictionem, sed etiam
constitui eorum spiritualem patrem. Hinc ratione
pros acquirit quoddam ius eos gubernandi, si que
quædam imperandi; & vicissim hi acquirunt in eum
ius ut ipse primo bonum commune, deinde etiam
cuiusque in particuli pro ratione sui officij pro-
curat. Ad hoc enim eiusmodi officia sunt instituta, &
cum hac conditione conferuntur, & acceptantur; at-
que ita mutua hæc obligatio inter Superiorum, & co-
munitatem nascitur ex quodam quasi tacito contra-
cta, atque ita est obligatio iustitia. Ratione verò se-
cundi acquirit nouam quædam coniunctionem &
quasi speciale cognationem cum suis subditis: ex quo
fit ut ex virtute Charitatis obligetur longè strictius &
apparetius magis eos diligere, & eorum bonum
procure, quam alii obligaretur, ut communiter
omnes fatentur. Ergo, &c. vnde Trull. in *Decalog.*
tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 15. num. 1. sic ait Prælati
strictius, cum ex Charitate tum ex iustitia, ratione of-
ficij obligantur, & hoc ratione officij, ratione cuius
tenentur consulere bono priuato subditorum: vnde
gratissime comminationes illis fiunt in Sacra Scriptura.
Ezech. 33. 34. *Quod infirmum fuit non consolatus,* quod agrotum non sanatus. Hinc est, vt in
confessione Prælatus, qui neglexit salutem proximi
sui, debet se acculare in specie si fuitille subditus nisi
alunde Confessorius id agnoscat: unde non satis facit
si tantum dicat, se omniis correctionem, sed tene-
tur dicere, se esse Prælatum. Ita ille, cui addit Fillium
cum tom. 2. tract. 28. cap. 5. num. 127. Castrum Palauum
tom. 1. tract. 6. diff. 3. puer. 7. num. 8. Suarez
de Char. diff. 8. fct. 4. num. 5. Torres in 2. 2. tom. 1.
diff. 37. dub. 1. Valentianum tom. 3. diff. 3. q. 10. puncto 3,
& Iohannes Sanchez in *Select. diff. 6. num. 9.* idem di-
cendum existimat in Patre, Tutore, & Domino
tel pecto mancipijs, non tamen famili ob sularium
seruentis, quia mancipium est sub dominio Domini,
& ad eius curam pertinet actiones mancipijs dirigere,
non tamen famili. Sed Trullench vbi supra putat,
quod si famulus sit domesticus, contubernialis, idem
descendens esse ac de mancipio; at Sancio videtur ad-
hætere Palauus *loco citato*, vbi etiam sic addit. Quod
verò dicit Villalobos debere dominum a suo seruitio
famulum expellere, si videat domi occasionem ha-
bere peccandi, laudo si faciat, obligationem tamen

non agnoscere, præcipue si Domino vilis sit famu-
lus, quia non tenetur occasionem peccatorum cum
suo damno removere, & forte expulsus liberius pec-
cabit. Ita Palauus, & ante illum Aragonius in 2. 2.
quæst. 23. art. 3. ad finem.

10. Ex his omnibus autem inferit Duwallius 2. 2.

D. Thomas, tract. de Charit. quæst. 9. art. 4. quod si
damnum aliquod ex omissione correctionis in Pra-
latis oriatur, eos ad illius reparationem teneri, vt si
Prælatus patrem aliquem corrigere neglexerit, &
propter hanc negligientiam filii eius perdetur, non min-
us quam pater viuant, tenetur Prælatus filii ipsi-
sis, etiam Diœcesum, aut Parochiam reliquerint,
& ad aliam migrarint, prouidere, eisque monere,
& corriger. Item, si futrum aliquo commissum
fuerit, defectu huius correctionis in Prælato, si pro-
babiliter & moraliter constet correctionem illius
impeditur fuisse huiusmodi futrum ad eius dam-
ni restitutionem tenetur: hoc tamen est de raro, aut
forte nunquam contingentibus nihilominus si con-
tingeret, cum obligatio, quæ ex officio nascitur ad
iustitiam pertinet, ad eam quoque pertinebunt om-
nia dama, quæ ex omissione huius obligationis
consequuntur. Dices correctionem fraternalis ex
se, actum esse charitatis, & non iustitia, à quocun-
que fiat, sive a Prælato, sive ab alio. Repondeo,
vnum eundemque actum, ratione diuerlarum con-
ditionum posse esse diuersarum virtutum, vt latius con-
stat in actibus fidei, qui & ad fidem protestant virtus
Theologica, ad religionem, quæ est virtus moralis, &
etiam ad charitatem, qua erga Deum ferimus, perti-
nent: cum ergo correctione fraternalis incumbat Prælatis,
vi lui officij, & non tantum vi charitatis, qua omnes
homines, tantum fratres diligere, eisque tam spiri-
tualliter, quam corporaliter prouidere tenentur, id est
ad iustitiam, respectu Prælatorum periret: & in hac
sententia est Caetanus in articulo 3. questione 33.
Ex hoc etiam sequitur omissionem correctionis
fraternalis, in Prælato, mutare speciem, id est de
peccato, quod solum in Laico, aut simplici Sacer-
dote pugnat contra charitatem, transire in aliud
peccatum, quod contra iustitiam militat; nec enim
tantum est circumstantia quædam aggravans, vt ali-
qui putant, sed est nova quædam species peccati,
ex dictis patet. Huc velisque Duwallius, omnia supradicta
confirmans.

RESOL. XXIV.

An Prælati, & Magistratus debeant inquirere, &
explorare vitam subditorum ad fraternaliter eos
corriganos;

Et an ista obligatio oriatur principaliter ex precep-
tione fraternalis, an ex officio Prælati, Patrio
& Magistratus?

Et an Prælati, & Magistratus teneantur explorato-
res designare, à quibus edoceantur, que sint apud
suos crimina?

Et an nullus priuatus possit aliorum facta inqui-
rere? Ex part. septima tractat. tertio, Resolu-
lut. 10.

§. 1. Octissimus Bañez in 2. 2. q. 33. art. 3. dub. 2. concl. 3. sic responderet ad hoc dubium
Prælatus in quantum Pater est Spiritualis potestissimo,
& in quantum Prælatus est, tenetur aliquando in-
quirere vitam filiorum, & subditorum ad corrigen-
dum illos propter bonum ipsorum ex precepto cor-
rectionis fraternalis, quatenus coniungitur cum Offi-
cio paterno, imo & cum officio Prælati. Ratio huius
est:

B b 3 est: